DOMINICA
XVI post Pentecosten

AD ECCLESIARUM
CHORALEM GERMANICUM
ADHIBENTIUM USUM

Bund für Liturgie

und Gregorianik

Proprium Missæ
ad usum Ecclesiæ Sancti Nicolai antiquæ Cassiacensis
Schola Cantorum

Gerolitus Ammosaulicus
edidit

Bonnæ ad Rhenum - MMI - Ædibus Bardorum

Ps. 85, 3 et 5 ℣ Ps 85, 1; **Klnb. 155 v.**

Introitus
VIII. Modo

Psalmus 85

Inclína, Dómine, aurem tuam, et exaúdi me:* quóniam inops, et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum:* salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: ⸮ lætífica ánimam servi tui,* quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, suávis, et mitis:* et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pércipe, Dómine, oratiónem meam:* et inténde

voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te:* quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis, Dómine:* et non est secúndum ópera tua.

Omnes Gentes quascúmque fecísti, vénient, † et adorábunt coram te, Dómine:* et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília:* tu es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédiar in veritáte tua:* lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo,* et glorificábo nomen tuum in ætérnum.

Quia misericórdia tua magna est super me:* et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, † et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam:* et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor et misericors,* pátiens, et multæ misericórdiæ, et verax,

Réspice in me, et miserére mei, † da impérium tuum púero tuo:* et salvum fac fílium ancíllæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, † ut vídeant qui odérunt me, et confundántur:* quóniam tu, Dómine, adjuvísti me, et consolátus es me.

Ps.106, 20-21 ℣ ibidem; **Klnb.32 v.**





Dóminus Si- on, et vi- dé-bi- tur



* in ma-jestá- te su- a.

Ps. 121, 1. 2; **Klnb. 3 r.**

Allel. I./IV.



AL-le-lú- ja.* *ij.* ℣ Lætá-



tus sum in his quæ di- cta sunt mi- hi, in do-



mum Dó- mi- ni* í- bimus.



℣ Stan-tes e-rant pe-des nostri in á-



tri- is * Hierú- sa-lem.



Dan. 9, 17. 18; **Klnb. 59 r.**

Offert. VI.

DOmi- ne* in auxí- li- um me- um réspi-ce: confun-

© Holger Peter Sandhofe



© Holger Peter Sandhofe http://www.indult-bonn.de



Psalmus 70

In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum:* in justítia tua líbera me, et éripe me.

Inclína ad me aurem tuam,* et salva me.

Esto mihi in Deum protectórem, et in locum munítum:* ut salvum me fácias,

Quóniam firmaméntum meum,* et refúgium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu peccátoris,* et de manu contra legem agéntis et iníqui:

Quóniam tu es patiéntia mea, Dómine:* Dómine, spes mea a juventúte mea.

In te confirmátus sum ex útero:* de ventre matris meæ tu es protéctor meus.

In te cantátio mea semper: † tamquam prodígium factus sum multis:* et tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam:* tota die magnitúdinem tuam.

Non projícias me in témpore senectútis:* cum defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi:* et qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum,

Dicéntes: Deus derelíquit eum, persequimini, † et conprehéndite eum:* quia non est qui erípiat.

Deus, ne elongéris a me:* Deus meus, in auxílium me-

© Holger Peter Sandhofe

http://www.indult-bonn.de

um réspice.

Confundántur, et defíciant detrahéntes ánimæ meæ:* operiántur confusióne, et pudóre qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperábo:* et adjíciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiábit justítiam tuam:* tota die salutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram, ꝫ introíbo in poténtiam Dómini:* Dómine, memorábor justítiæ tuæ solíus.

Deus, docuísti me ex juventúte mea:* et usque nunc pronuntiábo mirabília tua.

Et usque in senéctam et sénium:* Deus, ne derelínquas me,

Donec annúntiem bráchium tuum* generatióni omni quæ ventúra est:

Poténtiam tuam et justítiam tuam, Deus, ꝫ usque in altíssima quae fecísti magnália:* Deus, quis símilis tibi?

Quantas ostendísti mihi tribulatiónes multas et malas: ꝫ et convérsus vivificásti me:* et de abýssis terræ íterum reduxísti me:

Multiplicásti magnificéntiam tuam:* et convérsus consolátus es me.

Nam et ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam:* Deus, psallam tibi in cíthara, Sanctus Israël.

Exultábunt lábia mea cum cantávero tibi:* et ánima mea, quam redemísti.

Sed et lingua mea tota die meditábitur justítiam tuam:* cum confúsi et revériti fúerint, qui quærunt mala mihi.

Omnia jura vindicabimus
© Holger Peter Sandhofe
MMI · Ædibus Bardorum
http://www.indult-bonn.de